

TESTI

cantati nella Basilica di Sant'Apollinare il 12 gennaio 2024
nel 350° anniversario della morte di Giacomo Carissimi [1605-1674]

Quid agis cor meum?

Quid agis cor meum?
cur Jesum non amas,
suspiras, non clamas
o dulcem, amabilem Deum.

Cantabo, laudabo,
nec unquam cessabo
amare, clamare,
o dulcem amabilem Deum.
Non tacebit, non timebit cor meum.

O, quam magna est Gloria Domini in majestate et in bonitate charitate sua. Non peribit donec splendet coelo sol. Et laus donec in ore beatorum Angelorum et hominum resonat.

Magis ardet, magis splendet
Jesu pectus charitate,
quam pacatae noctis rutillet aspectus.
Pandat pectus sic dilectus
solis radiis offendet
quantum ardet, quantum splendet
Jesu pectus charitate.
Avertat ad me, convertat ad te lumen oculorum meorum.

Fuge, fuge dira vox
procul age tenebras
cum precordis latebras
Jesu sonet vox
Fuge, fuge dira vox.

Ecce nobis Dominus in locum munitum, et in locum refugii, factus est; venite, properate, flammas dexteras armate: impugnate, jaculate faces, vibrare tela, librate fulmina, et agitate sagittas. Cedet, cadet, dissipabitur, effugabitur avversarios atrox a facie Salvatoris nostri Jesu.

Non Deus rigoris,
sed Deus amoris:
non ferro pugnavit,
sed flamma triumphavit.

Diffusa est gratia

Diffusa est gratia in labiis tuis
Propterea benedixit te Deus in aeternum
Et in saeculum saeculi.